

80
XI. Præfens nempe. ut sol est præfens in terris radiis fuis, lumine, virtute, efficacia, ut Rex imperat per totum regnum: ut herba odorem fundit per totam domum, ut ignis lucet per longam distantiam, &c. Hæc igitur præfentia illa est corporis Christi Calviniana: ut nomine corporis vel intelligatur ipfa Deitas, vel efficacia corporis (quam alibi negant, nempe in doctrina de reali communicatione Idiomatū) vel ejus fymbolum & figura: Et ut præfentia exponatur de unione per fidem, vel per efficaciam Spiritus fancti, vel per contemplationem in cælo.

21. Quæ explicationes quàm fint alienæ, quis non videt? Quæftio enim est de vera & fubftantiali præfentia in S. cœna, quæ in conventu Christianorum celebratur in his terris: de præfentia, inquam, non infinitæ Deitatis, vel divinæ virtutis, vel terrenorum elementorum, fed ipfius veri corporis & fanguinis Christi, quod pro nobis est traditum, & qui effusus est in remiffionem peccatorum.

22. Certa igitur perftat, & firma noftra affirmatio. Calvinianos negare corpus & fanguinem Christi, effe alteram facræ cœnæ partem fubftantialem: itemq; negare, corpus & fanguinem Domini in cœna effe verè præfentia: ac deniq; negare, corpus Christi in cœna ore corporis manducari & fanguinem ejus verè bibi.

23. Quæ tota fententia pugnat cum expreffis verbis institutionis: quæ proinde ab ipsis non κατὰ τὸ ἔντονον, fed per metonymiam sacramentariam (quam vivis fuis coloribus depingemus) exponunt.

24. Quanquam autem non omnes eodem modo verba Christi interpretantur, neq; eundem tropum in eis ftatuunt, fed alii alias (fibi contrarias) expositions fingunt (quod argumentum certum effe, opinionem illam ex verbo Dei, quod firmum effe, & in omnibus & femper fibi fimile, minimè fluxiffe, fed in cerebro humano natam effe) quia tamen hoc argumentum peculiari quodam tractatu prolixè & diligenter ab auctore quodam celebri propositum fuit ante annos non multos, vifum effe illius fententiam hoc loco breviter cō-

B

fidera-